

quæ dicitur Angelo immiffa in primo instanti, ficut actus bonus fequitur ad inspirationem divinam in nobis immediate operati, fed potius fequitur ad cognitionem liberam imperatam à voluntate. Deinde negatur etiam ex eo præcedere actum bonum Deo tribui, quia fuerit auctor primæ cogitationis, ex qua talis actus bonus fequitur; nam alio quoque de caufis illi tribuitur, nimirum quia eo fine, & intentione illam Deus producit in nobis, ut ex ea bonus fequatur actus; Tum quia tales cogitationes, & inspirationes funt indubitæ, & fuprà naturæ exigentiam; at cogitatio ad bonum, & malum indifferens, qualis exigitur à Thomis, ut voluntas fua libertate portatur, non eft indubitæ, & fuprà naturæ exigentiam, fed naturæ intellectuali conaturalis, & debita quatenus eft libera, & pro quolibet durationis instanti indifferenter operativa.

17 **Quartò**, operatio naturalis neceffariò præcedit liberam; ergo in primo instanti non potuit ejus operatio efle mala, quia talis efle debet libera, probat Cajet. affumptum, quia primam in unaquoque re eft naturæ ratio, ac per confequens primà operatio ejusdemque re eft naturalis, ut potè à te illa, inquamto naturæ rationem habet, proveniens. Refpondeo argumentum eque probare, non potuiffe primam Angeli operationem efle bonam; quod tamen ad veritatem non admittunt, fi quidem in naturalibus neque meretur, neque demeretur; affumptum igitur in eò tantum fenfu eft verum, quia operatio intellectus, quæ eft naturalis, præcedere debet operationem voluntatis, quæ eft libera; non autem quia etiam voluntas ipfa aliam habeat operationem naturalem, & aliam liberam, & illa præcedat iftam, ut videntur intendere Thomifia; & quando dicimus operationem naturalem intellectus præcedere debere liberam voluntatis, non de præcedentia in duratione intelligendum eft; fed tantum ordine nature, cum quo fiat, ut amba ex eodem tempore in eodem instanti durationis. Quod etiam dicendum eflet, fi etiam voluntati potuiffet aliqua operatio naturalis adferri, tunc enim neque adhuc concluderetur intentum, quia adhuc dici deberet, quod operatio naturalis voluntatis præcederet liberam prioritate nature, non durationis, unde poffet Angelus in illo primo instanti duratiōis prioris nature fe amare naturaliter, & fimul tempore liberè fibi velle aliud objectum malum, & fe pofterius nature peccare. Quod fi in fies operationem naturalem, & neceffariam debere etiam durationis ordine liberam præcedere, hoc omninò negandum eflet, fupponitur namque id, de quo tota eft controverfia; de quo argumento vide dicta *num. 9.* & plura apud Suarez *loc. cit. n. 14.* Neque impoffibile eft plures actiones, & mutationes in eodem tempore instanti ex eodem fervato folo modo in eodem nature, nam Luna in eodem tempore iftam, in quo accipit lumen, à Sole, diffundit ipfum in alias partes mundi, unde folum prius natura dicitur Sol agere in Lunam, quam Lunam in medium.

18 **Quintò**, Angelus non potuit à fe habere primam volitionem; ergo non potuit peccare in primo instanti; confequentia patet, quia actus nequit alicui imputari, ut malus, nifi ab eo procedat, antecedens eft Anfelmus de calu Diaboli. 13. ubi fic arguit; fi Angelus habuit primum velle à fe, vel id habuit volens, vel nolens; neutrum autem dici potefl, quia utrumque in infinitum re ipfa ante illum actum inferi alium præfiffet; nam fi volens habuit primum velle, ergo illud non eft primum velle; fi nolens, idem fequitur, quia ante illud velle noluit illud, igitur voluit illud non efle, ergo primus actus Angeli neceffariò eft ab auctore nature. Refpondeo rursus hanc rationem ex Anfelmò deductam plus probare, quam adverfarii velint; probat enim nec Angelum potuiffe mereri in illo primo instanti, operatio enim, quæ ab Angelo non procedit, ut fempote, ficut nequit efle peccatum, quia libertate caret, ita nec meritum, utrumque enim libertatem requirit; ait igitur Doctor, quod primam volitionem habuit Angelus à fe, ficut fecundam, cum fint ejuſdem rationis; quia fi primum velle non haberet à fe, fed ab alio, daretur processus in infinitum; nam vel haberet illud ab alio volens, vel nolens; quod fi dicat habere illud ab alio nec volentem, nec nolentem formaliter, fed virtualiter; præſtabit dicere, quod illud haberet à fe nec volens, nec nolens formaliter, quia primus actus voluntatis dicitur tantum voluntatis virtualiter, feu effectivè, principiativè, ac effective, non formaliter, ficut enim dicitur tantum voluit, quod efle voluit per modum objecti, non verò per modum actus, quando enim voluntas etiam primò vult, fimul vult fe velle, non per actum formaliter reflexum, fed per ipſummet actum volendi objectum, qui virtualiter in feipſum reflectitur, & idèò intrinſecè, ac per fe voluntatis vult, unde idem actus, qui efle formalis volitio objecti, efle virtualis volitio fui ipſius; Anfelmus variè exponitur, Secutum eum interpretatur vel per primum velle non intelligat primum voluntatis actum, fed ipſam potentiam voluntatis; quod fi hanc expofitionem non recipit, fed per primum velle re vera intelligit primum voluntatis actum, ait Baſſolius in hoc particulatim dimitendum efle, quia ejus ratio non concludit, & fic etiam loquuntur Ariaga, Amicus, & alii.

Dices, inter voluntatem, aliâque potentias hoc verſari dicrimen, quod alix funt natura fua determinatæ ad actus suos, & idèò actum fuum primum effectivè valent, voluntas autem non efle de determinata, fed ab alio determinari debet faltem ad fuum actum primum, quia ad agendum virtus activa non fufficit, fed opus efle determinatum. Refpondeo per hoc argumentum nedum probari voluntatem ab alio determinari debere in primo instanti; fed etiam in aliis fequentibus, quia in omnibus de fe indeterminata efle, ac indifferens; negatur ergo voluntatem ab alio determinari debere ad actum fuum, ita enim efle indeterminata ad actum, ut etiam fit domina fui actus, quod non habent aliæ potentæ etiam à fe; & hinc efle, quod voluntas aliis potentias fibi fubiectas applicat ad exercitium fuorum actuum, ipfa verò ab alia facultate non movetur, aut applicatur ad agendum, fed feipſam applicat, & determinat per actualem elicitionem fui actus; ex quo tandem fit actus altatum potentiarum voluntati fubordinatum efle voluntatis per actus voluntatis, & participativè, actum autem à voluntate elicitorum per feipſum voluntarium efle; ut fuprà declaratum efle *diff. 7. de anima q. 1. & feq.*

19 **Sextò** arguit Malonius L. c. fi Angelus in primo peccaret inſtanti, Deus eflet caufa talis peccati, probat cõſequentiam, quia actus fecundus fupponit actum primum proportionatum, nam lapis non defcendit, nifi per gravitatem fit in actu primo conſtitutus; nec ignis afcendit, nifi per levitatem, quam habet in actu primo; nec oculus videt, nifi in formatuſpecie nifiſibi, & conſtitutus in actu primo, & fic de alijs; ergo ut Angelus fit malus in actu fecundo in illo primo instanti, fupponendus efle malus in actu primo fufficiente ad peccandum; in eò autem instanti non habet actum primum, nifi à Deo, quia nulla potentia efle caufa fui actus primi; fed tantum actus fecundi, ergo & c. quomvis autem hoc argumentum à Malonio adducatur ad probandum Angelum non potuiffe moraliter, & de potentia ordinata peccare in primo instanti, atamen fi quid vult, probat etiam, quod neque naturaliter, & de potentia abſoluta peccare potuiffet, ut bene obſervat Suarez *loc. cit.* Refpondeo negando cõſequentiam, ad probationem dico minimè opus efle ad eum fecundum malum præſupponere actum primum malum loquendo de malitia morali, nam ipſe actus primus producit, & non ab alio malo, alioquin daretur processus in infinitum; ut ergo fervetur proportio inter actum fecundum, & primum, fufficit, quod præcedat actus malus malitia phyſica, hoc efle potentia ex fe imperfecta, fed defectioſa incapax, quatenus eſt ex nihilo, que tunc immediate potefl efle à Deo, quia non efle inconveniens Deum efle caufam mali phyſici, fed tantum moraliſ; quod enim aliqui dicunt potentiam peccandi non efle immediate à Deo, fed potius ex ipſa ſubſtantia creata immediate manente, cum fit virtus potius ad deficiendum, quam ad faciendum, efle ſola que illo de nomine, ut notat Ariaga, de qua videndus efle Doctor *2. diff. 43.* cum enim ea imperfectio non fit diſtincta ab ipſa ſubſtantia creata, fed ei realiter identifiata, vel faltem neceffariò fequatur ex poſitione voluntatis creatæ; planè fi Deus producit Angelum, ejuſque potentias; non potefl non producere eam imperfectionem potentie identifiatam, aut ex illa naturaliter reſultantem. Dices caufam debere continere effectum, ergo caufa peccati debet continere peccatum, atque idèò actus primus peccatum præcedens debet efle malus formaliter etiam malitia morali. Refpondeo hanc inſtantiam nedum urgere pro primo instanti, fed etiam pro toto tempore fequenti, & alioquin Deus producens creaturas debet continere imperfectiones earum; non requiritur ergo in caufa continentia formalis imperfectionum, fed tantum perfectionum, ut conſtat in alato exemplo de Deo creatoras producente, & fic in re noſtra minimè opus efle, ut voluntas creata contincat in re formaliter malitiam moralem, fed fufficit fi fit minus perfecta in genere phyſico.

Dices rursus, ſub actu primo in propoſito non includi ſolum vim activam voluntatis, fed omnia requiſita ad peccandum, ut propoſitio objecti, cogitatio intellectus cõ apprehenſione, & iudicio, confideratione, vel inconfideratione, aut deceptione ſufficiente, vel neceffaria ad peccandum; fed hæc omnia non potefl habere voluntas à fe in primo instanti, fed tantum à Deo talem cogitationem, immitente, aut iudicium prædictum dicens hic, & nunc, hoc efle volendum, fed agendum, quod fine malitia morali fieri nequit. Refpondeo ex dictis *num. 5. & 11.* minimè neceffarium efle tale iudicium prædictum, fed ſolum iudicium indifferens de bonitate, & malitia objecti, ac etiam interdum ſolum objecti apprehenſionem abſque ullo iudicio; neque opus efle tale iudicium, vel apprehenſionem à ſolo Deo imitti, fed poſſe Angelum etiam in primo instanti per ſuam voluntatem applicari ad hanc, vel illam cogitationem in particulari; & quomvis etiam concederemus à Deo immediate imitti, ac efle auctorem primæ illius cogitationis, non proinde eflet auctor peccati, quod fieret in eo primo instanti, quia peccatum actus liberè fequeretur ex ipſa voluntate Angelica; cum

cum ſupponatur tale iudicium efle debere indifferens ad bonum, & malum ad ſervandum voluntatis libertatem.

20 **Postremò** arguunt Auctores terriæ ſententiæ probando in faltem impoſſibile fuiſſe moraliter, & de potentia ordinaria; quia de facto non permiffi peccatum Angelorum in primo instanti, ergo dicendum efle de potentia ordinaria non potuiſſe illud permittere, quomvis poſſet de abſoluta; Deinde Patres afferentes omnes Angelos malos aliquando fuiſſe bonos, ſupponunt Angelos non poſſe efle malos in primo instanti, aliud enim cognoscere non poterunt, quod omnes aliquando boni fuerint; Denique in illo primo instanti ex una parte nullum habuit vehementem motum ad peccatum, neque ex parte tentatoris, quia nullus adſuit, neque ex parte ſue nature, que non erat ſicut humana prava, & proclivis ad peccatum, imò potius inclinata, & propensa ad bonum, & ex alia parte agnovit ſe excitatum, & motum à Deo ad convertendum re in eum, & præſtandum illi obedientiam, obsequium, & amorem; ergo moraliter loquendo non potuit pro illo instanti peccare, patet confequentia, quia in fenſu morali, ſeu moraliter loquendo id dicitur impoſſibile, quod ægè, & difficile fit ſpectatis circumſtantijs, & impedimentis.

Refpondeo negando cõſequentiam; Deus enim ex mero ſuo beneplacito omnes Angelos in gratia condidit ab initio, & nullus eorum peccavit ex propria libertate gratia Dei ſuffulta, unde etiam de potentia ordinaria, & abſque ullo miraculo oppoſitum contingere potuit. Ad ſecundum negatur antecedens, ad probationem dico Patres illud ex Scriptura colleſſe docente Angelos in gratia fuiſſe conditos, cum quo peccatum efle impoſſibile de potentia ordinaria, unde potius deducitur agnoviſſe, quod fine gratia, & in pura natura conditi potuiſſent in primo instanti peccare. Ad ultimum negatur confequentia, licet enim ex illis capitibus facilis fuerit Angelus in primò instanti non peccare, quam peccare; non tamen fequitur id fuiſſe adeò difficile, ut dici debeat moraliter impoſſibile, ac de potentia ordinaria; nam in alio quoque instantibus, Lucifer illa omnia habuit, nempe exemptionem, & motionem, ut converteretur in Deum, eandem naturam in bonum inclinam, & propensam, & nullum provocatorem habuit ad peccandum, & tamen de facto peccavit; alie obſediones, que contra hanc partem fieri ſolent, faciè ſolvuntur ex dictis *num. 12.*

QUESTIO SECUNDA.

An Dæmones peccaverint ex aliquo defectu intellectus præcedente.

21 **Non** potefl hæc queſtio reſolvi, niſi prius explicetur alia difficilia communis Angelis, & hominibus, an peccare poſſit voluntas nullo precedente defectu in intellectu, cuius reſolutio licet haberi poſſit ex dictis *diff. 7. de anima q. 3. art. 2. & q. 6. art. 1.* exactius tamen hic examinanda venit pro reſolutione præſentis queſtionis; cum autem queſitur, an poſſit efle peccatum in voluntate fine defectu precedente in intellectu, ſermo efle de defectu, qui vitari poſſit ab eo, qui illum patitur, habendo actum contrarium, quo poſito vitaretur peccatum facillimè, quia ratione ejus carentia dici potefl origo, & occaſio peccati; hic autem defectus duplex efle potefl, unus poſitivus in actu, ſcilicet poſitivus erroneo conſiſtens, qualis efle ignorantia prava diſpoſitionis, alius privativus, qualis efle ignorantia ſimplicis privationis, conſiſtens in carentia cognitionis alioquæ, que ſi exiſtiſſet, peccatum impediſſet; vel licet non fit ſimpliciter carentia cognitionis, faltem erit carentia majoris intentionis ejuſdem cognitionis, & vehementioris propoſitionis de illo bono, & dici ſolet aliqualis inaduertentia, & inconfideratio.

Quoad hanc univerſale difficultatem Angelis, & hominibus communem Thomifæ afferunt cum D. Thomæ *p. 1. q. 63. art. 3. & p. 2. q. 77. art. 2.* non poſſe voluntatem peccando deficere, niſi in intellectu præcedat aliquis ex prædictis defectibus, quo nõ exiſtente nec in voluntate eflet peccatum; in præſenti verò queſtione ſpeciali de Angelis ſtatetur quidem Angelum non peccaffe ex ignorantia, aut errore ex parte objecti, quaſi ignoraverit, aut malè iudicaverit de bonitate objecti, cum fuerit plenus ſapientia, fed dicunt peccaffe ex inaduertentia, vel inconfideratione re tenente ex parte modi, quem in appendendo ſervare debebat, vel circumſtantia alioquæ, quam ſi diligenter advertiſſet, peccatum non incurriſſet ita paſſim Thomifæ circa citata loca, quos citat Suarez *lib. 7. c. 4. & feq.* ubi cumulatè agit de hac materia. Scotifæ verò, & Nominales utrumque negant; nam quoad difficultatem communem Angelis, & hominibus ajunt, quod licet ſpectato naturali, & ordinario modo operandi voluntas creata loeat in intellectu præcedere aliquam inconfiderationem eorum que poſſunt à peccato voluntatem retrahere, tamen abſolute loquendo non efle neceſſe, ut omne peccatum voluntatis procedat ex aliquo defectu intellectus, quia procedere potefl ex ſola voluntatis eligenſis; atque in præſenti queſtione tanto

Modo in Secunda Sententia.

magis hoc afferunt de Angelis, quod non peccaverint ex ignorantia, aut aliqua inconfideratione, vel inaduertentia privativa, fed cum pleniffima ſcientia, & ex mera malitia; ita Scorus *2. diff. 6. q. 1. ad 3. & 3. diff. 36. art. 2.* ubi fup probat dari poſſe diſtinctam prudentiam fine actibus virtutis moraliſ confequentibus, & confequenter defectum in voluntate fine prævio defectu in intellectu, quem præter Scotifas plures fequuntur Recentiores Valentia, Molina, Becanus, Lezana, & alii, aliqui tamen, ut Suarez *cit.* & Ariaga *diff. 23.* licet afferant cum Scorio non efle ſimpliciter neceſſarium defectum ex parte intellectus ad peccandum, adhuc tamen affirmant Angelos peccaffe ex aliqua inaduertentia.

ARTICULUS PRIMUS.

Reſolvitur queſtio ut efle communis Angelis, & hominibus, an omne peccatum ſupponat defectum in intellectu.

22 **Icò** Primò, ut regulariter homo male operetur, aliquis ut plurimum præcedit defectus in intellectu, non quomque, fed præcisè talis confiderationis defectus, que moralis certitudine quadam peccatum impedit. Fundamentum hujus aſſerti ſumitur poſſimè ex auctoritate, nam in primis in ſacra Scriptura omnia peccata tribuuntur alicui defectu intellectus, Jerem. 22. *deſolutione deſolata eſt terra, quia nemo eſt, qui videret corda;* Itam 5. *proprietate captivus dicitur eſſe populus meus, quia non habuit ſcientiam.* Proverb. 14. *errant qui operantur malum,* unde in eadem Scriptura homo juſtus paſſim appellatur ſapiens, peccator verò ſtultus, in quo ſenſu illa verba *plal. 37. putruerunt, & corruptæ ſunt vicarices mee à ſtultie inſipientia mea.* Baſilius explicans ait, inſipientiam ſuam ſtultum factum nominat ab inſipientia procedens, omne enim peccatum propter ſtultitiam fit, & Art. 3. *Ethic. c. 10.* omnis pravus eſt ignorans, & 7. *Ethic. c. 2. 3. & 10. & 2.* magnorum moralium c. 7. dixit incontinentem idèò peccare, quia non attendit confiderat, que habitu novit, & 6. *Ethic. c. 13.* virum pravam errare circa agibilia, quia pravitas illum errare facit, idipſum denique probant, & nil aliud, omnia teſtimonia, que congerit Vaſquez *diff. 12. c. 5.*

Ratio verò clara efle, quia malitia peccati tanta efle, ut ſi perfectè pro viribus penetraretur, & confideraretur, certe detereretur hominem à peccato; videmus enim alia mala peccato longè minora tantam vim habere, ut quaſi ſemper hominem bene attendentem moveant ad eorum fugam, ut dicitur *diff. 7. cit. de anima n. 63.* quis enim melius compoſe pro uno homine præceptum dedit; majus autem malum efle peccatum, quam præceptum; nullus ergo unquam, vel faltem tunc peccaret, ſi perfectè attenderet pro viribus, & confideraret peccati turpitudinem, & in hoc ſenſu dicitur Beeta. 2. *in omnibus operibus tuis memorare noſſiſſima tua, & in æternum non peccabis,* idèſt ſi attentè confideraveris noſſiſſima, nunquam idèſt rariffimè peccabis; hoc etiam ſenſu dicit Moyses Deuter. 32. *utrum ſaperent, & intellexerent, & noſſiſſima præviderent,* quom locum ponderat Auguſt. *11. de ſpeculo peccatoris* in principio ad hunc ſenſum; vide etiam Chryſoſt. *hom. 4. in Iobai* ait fine oblivione Dei peccata non contingere, & Bernard. *lib. 1. de confid. c. 2.* Certiffimum ergo efle omnes, qui peccant, idèò plurimum peccare, quia carent aliqua cognitione, vel attentione, quam ſi haberent, proculdubio non ita de facili peccarent; & in hoc ſenſu omne peccatum oritur, ut plurimum ex aliqua ignorantia, vel inconfideratione, tanquam ea removente hominem moveri aliqua tunc uno verbo inſinuat, quem antè movere non poteramus plurimis verbis, & rationibus, quæ ſi homo confiderat etiam nedum motu moraliter ſufficientia ad voluntatem cohibendam ab actu malo, fed etiam ea, que efficiacia quadam morali illam certiffimè ad eum retraherent, homo non adeò frequenter in peccatum laberetur; Et totam hanc doctrinam aperte docuit Doctor ipſe *2. diff. 22. q. unic.* Cum aut peccatum primi parentis poſſe dici ex ignorantia, quia, ſcilicet non conſideravit, quanta pena ad illum peccatum eflet ſecutura, quod ſi conſideraſſet certiffimè, vel faltem non ita de facili peccaffet; & in hac conſequentia, ait Ariaga *diff. 23. ſect. 7.* omnes auctores convenire, ut pote que experientia ipſa probatur.

23 **Sed** contra hanc Concluſionem, Primò obijciat, quod ex ea fequitur peccatum quodlibet efle ex ignorantia, vel faltem non bene diſtingui peccatum ex malitia à peccato ex ignorantia, cum etiam in eo aliqua includatur ignorantia, vel inaduertentia; Refp. negando ſequelam, primò quia licet dicamus ita de facto contingere, ut in pluribus, nõ tamen negamus de facto licet minus frequenter, etiam oppoſitum contingere poſſe, peccatum ſcilicet, abique ullo prioris defectu in intellectu, ut, dicemus poſtea; Deinde etiam in calu frequentiori nego ſequelam diſſerunt enim adhuc hæc peccata ex eo, quod qui peccat ex ignorantia ignorat illud objectum efle malum v.g. efle prohibi-

rom illum cibum; qui verò peccat ex malitia non ignorat prohibitionem, sed leviter considerat malum peccati, nec vult applicari ad cogitandum attentè gravitatem illius mali, quam si bene ponderaret, utique non peccaret, ut ait Scotus *loc. cit.* Hinc inferitur primò, eos etiam, qui peccant ex ignorantia, si verè peccant, debere habere aliquam malitiæ cognitionem, alioquin non peccarent, differunt tamen ab his, qui peccant ex malitia, quia qui peccat ex ignorantia, ignorat omnino hunc esse cibum prohibitum, licet sciat esse malum non inquirere, vel examinare de prohibitione, an sit; dicitur autem peccare ex ignorantia, quia ignorat malitiam directam objecti principalis, licet cognoscat malitiam reflexam non interrogandi; qui verò peccat ex malitia, neutrum ignorat, sed leviter malitiam considerat, omnis ergò qui peccat ex ignorantia habet aliquam scientiam, alioquin non peccaret; & omnis etiam qui peccat ex malitia patitur, ut plurimum, aliquam ignorantiam, vel inadvertentiam; & sicut non potest esse peccatum sine aliqua scientia, ita nec potest esse, ut frequenter, sine aliqua ignorantia, vel inadvertentia. Inferitur secundò regulatè, & de facto dupliciter contingere posse peccatum ex malitia, & abique præfato defectu in intellectu, sed cum plenissima scientia; ac etiam cum ipso hoc quidem frequentius, minus frequenter illud, & utroque modo faciliter defendi potest præsumptio Angeli, & hominis peccatum fuisse ex malitia commissum, ut dicemus *art. 3.*

24 Inferitur tertio quòdque horum modorum contingat, peccatum ex malitia vocandum esse; si primo modo contingat, de peccato, quia tunc abique ulla penitus ignorantia, vel passione ex plenissima voluntaria libertate paratur, carens omni exultatione, ac proinde dicitur peccatum ex malitia; unde ipsa libertas voluntatis, quae malè utitur sua facultate, & à nullo sollicitata, vel decepta peccat, denominatione quadam extrinseca, & casualiter vocatur malitia. Quod si secundo modo contingat; cum talis defectus in intellectu præcedens sit naturalis, & inculpabilis (suppono enim quod homo attendat ad gravitatem peccati quantum sufficit ad illud evitandum, ita ut advertat quantum debet, et si non quantum potest) non poterit censeri propria, & per se causa denominans peccatum leuens; quia talis est causa culpabilis, sicut est in peccato ex ignorantia; sed talis causa censetur ipsa voluntas, quae non obstante notitia malitiæ directæ objecti principalis, & advertentia gravitatis ejus, quantum sufficit ad peccatum vitandum, ex perversa tamen ipsa libertate vult in effectu prorumperere defectus verò ille præcedens dicitur causa illius peccati sumpta causa pro occasione, vel dispositione, ad quam non de difficili sequitur peccatum, ut Scotus monet *loc. cit.* Iam enim certa malitia est, quando voluntas vult illud quod ratio recta, si non per omnia, saltem per sufficientia motiva, ostendit non esse appetendum; in posteriori enim casu, sicut & in priori agit contra prædictam rationem, & conscientiam, faciens id, quod videt esse prohibitum, & nullo modo faciendum; solum dicitur enim esse parte iudicii, quod in priori casu dicit omnia motiva tam sufficientia, quam moraliter efficaciacia ad retrahendum voluntatem à malo, in posteriori verò sufficientia duntaxat. Dices, habet homo præceptum memorandi novissima; ergo eorum inadvergentia, & inconsideratio culpabilis erit, & imputabilis, ac proinde propria, & per se causa in genere mortis denominans peccatum ex ea leuens. Nego assumptum, illud enim consilium est, non præceptum; sicut illud aliud, quæcunque facitis in gloriam Jesu Christi facite, & emulamini charitatis meliora &c. sicut Prælati, & prædicatores sapè nos adhortantur ad opera superogationis.

25 Obiicies secundò, in scriptura multa peccata dicuntur fieri sine aliqua ignorantia, & ex plena scientia. Jobi. 34. quasi de industria recellerunt ab eo; & c. sic peccantes vocantur rebelles luminis Lucæ 2. et scis sciens voluntatem Domini, & non faciens plagis vapulari, Jacob. 4. sciens hominem facere, & non faciens peccatum est illi, in quo etiam sentu Aug. explicat illud Psal. 125. foris vi vis deglissent nos; vivi inquit, aborberunt illi, qui sciens malum, & verè intelligentes succumbant peccatis, & illud Pl. 68. fiat mensa illorum contra ipsos in laqueum, sic explicat, id est coram visiosis hominibus, qui sicut ut vitio non est coalecenti, sed consentiunt, ecce noverunt miscipua, & immittunt pedem; & in loloquis c. 34. miseri, inquit, qui nesciant, qui dormiunt, & meliores utiq; qui sciunt, quod amittunt, qui cadunt apertis oculis, & delcudent in infernū videntes, & c. de Civitate. 8. dicit ex duobus æquè omnino corpore, & animo affectis idem obiectum pulcherrimum inuentibus, aliquando unus in malū contentitur, altero dissentientes; Arist. item 2. Ethic. c. 2. & 4. dicit primum quæ scire quid faciendum sit partem ad virtutem conducere, quia videmus plerique bene scientes, sed male operantes, & c. 3. de anima c. 9. ratione interdū jubere aliquod fugere, aut prolequi, hominem autem non moveri, autobtemperare, sed cupiditate agere; denique idiplum confirmant verba articuli Parisiensis communiter à nostris adducti, & experientia docens hominem quandoque ex duobus bonis presentatis delectabitur turpi, & honesto, dicente confici-

entia hoc illi præferendum, illud eligere, hoc respicere. Respondet, hæc, & alia hujusmodi, quæ passim adducuntur à nostris, hæc tria tantum probare, vel scilicet, ante omne peccatum non debere præcedere defectum talem in intellectu, qui sit error speculativus, vel practicus, quo scilicet iudicetur hic, & nunc sentiendum esse omnibus penalis, vel quo voluntati datur, scilicet hoc, qui actus esset error contrarius, non quidem sententiæ, sed prædictæ, & ad hoc adducitur ab Asfolio 2. dist. 25. q. 2. Vel non debere necessitate præcedere, quoties homo peccat, in intellectu aliquem defectum considerationis ejusmodi, ut semper sit necesse motiva virtutis debillus, levilque considerate, quam motiva contraria, ideoque non posse voluntatem propositis duobus bonis egue efficaciter, & attentè amplecti unum, & reicere aliud; & ex duobus hominibus, quibus æquè efficaciter idem proponatur obiectum non potest illud unum respicere, alio amplectente, sed semper in eo qui reicit, præcedere leviori considerationem bonitatis illius objecti, ac proinde defectū intentionis cogitationis illius, quam habet de eadem bonitate, qui non reicit, ut sentit Valquez *loc. cit.* de anima. Vel tandem probatur nec esse absolute necessarium, quod præcedat talis defectus quem interdum patiuntur etiam qui non peccant, considerationis scilicet eorum morivorum, quæ certitudine quadam morali peccatum impediunt; sed posse, & quandoque de facto peccari quodque illo profusus defectu in intellectu præcedente, & ad hoc adducitur ab ipso Doctore 3. dist. 26. q. un. hæc verè tria in nostra sententia sunt verissima.

Obiicies tertio, si ita est nemo foret exhortandus odio habere vitia, & amare virtutes, sed considerate, quia bene consideratio voluntas non potest non esse recta, & est ratio Scoti 3. dist. 36. Respondet patere ex nunc dictis quo sensu hæc ratio ibi adducatur à Scoto arguit enim contra illos, qui opinantur esse absolute necessarium aliquem in intellectu defectum, ut voluntas peccet, quod non dicit asserit nostra; non negat tamen, quin utilissima sit consideratio novissimorum ad retardandam voluntatem à peccatis, nec proinde, quod ad hæc homines non sint exhortandi; sed quia stante etiam hæc consideratione, voluntas est libera ad peccandum, & non peccandum, licet difficultus cadat, hinc aut prædictam exhortationem non esse simpliciter sufficientem ad voluntatem à peccato retrahendam. Sed rursus in istis, si ergo moraliter loquendo semper supponitur aliquis defectus in intellectu ad peccandum: ergo homini non debet imputari tale peccatum, quia illum defectum intellectus non potuit ipse vitare. Nego consequentiam, nam aliud est peccatum carere consideratione, quæ si adesset morali quadam certitudine peccatum impediunt; aliud verò eum non habere ad hanc sufficientissimam scientiam, ut peccatum evitet etiam facilius, primum solum asserimus in nostra conclusione, non verò secundum; supponimus enim, quod homo attendat ad gravitatem peccati quantum sufficit ad illud evitandum, ita ut advertat quantum debet, et si non quantum potest, ut dictum est n. 24. atque ideo tale peccatum adhuc est homini imputandum: Tum quia falsum est absolute loquendo, quod talem defectum non poterit intellectus superare, & potius enim utique intellectus illum superare; si maiorem diligentiam adhibuerit circa obiectum, & eius circumstantias; adhuc tamen talis defectus inculpabilis censetur, quia ad tantam diligentiam non tenebatur intellectus sed tantum ad eam, qualis & quantæ sufficit ad vitandum peccatum etiam non sine magna difficultate licet cum longè maiori facilitate illud evitasset, si summam diligentiam adhibuisset. Unde diximus n. 24. hæc de causa illud peccatum adhuc dici debere ex malitia, & non ex ignorantia; quia defectus ille intentionis cogitationis censori non debet propria, & per se causa peccati sequentis, cum aliqui talem defectum habentes adhuc non peccent; sed talis causa censori debet ipsa voluntas, quæ non obstante plena notitia malitiæ directæ obiecti principalis, & advertentia gravitatis ejus, quantum sufficit ad peccatum vitandum, ex perversa ipsa libertate vult in peccatum ruere.

Dico secundò, defectus in intellectu ad peccandum, ut plurimum, necessarius non debet esse error positivus speculativus, vel practicus, Conclusio est Scoti 3. dist. 22. q. un. & D. Bon. 2. dist. 5. ar. 1. contra Cajet. Medina. Conradum, Zume. Lorcam & alios quosdam Thomistas p. 2. q. 77. ar. 2. dicentes non peccari sine errore positivo, quo intellectus hic, & nunc iudicet esse faciendum hoc, ed quo putant voluntatem determinari debere ab ultimo iudicio practico intellectus, de quo quia satis dicitur *dist. 7. de anima q. 3. ar. 1. suppositis* ibi dicitur breviter probatur conclusio, quia error positivus speculativus est quo iudicatur hic, & nunc mendaciū v.g. esse amplectendum, sed hic error est contra fidem, ergo non intervenit in quocunque peccato, alioquin quilibet peccans esset hæreticus. Error verò practicus est intellectus imperitū, ut ipsi explicant, quò dicit voluntati *fac hoc*, ac hoc imperio (quo tamen nec necessarium est, ut voluntas moveatur ad opus, nec proprie est actus intellectus, sed voluntatis, ut dicitur *dist. 7. cit. n. 36.* vel non est error involutus, vel error contra fidem quoniam vel quando intellectus hic, & nunc imperat voluntati

aliquid peccatum, vult significare illud esse comittendum, & sic est error contra fidem doctorem non esse peccandum; vel tantum imperat id quò fieri debet virtute illius imperii, & in hoc nullus est error, vel iudicet expedire, ut id fiat ratione utilitatis, vel delectationis, ad quam magis attendit, quam ad honestatem; scilicet propriè non est error, sed defectus considerationis quo neque neque neque necessarium esse, neq; ut plurimum ad peccandum, sequenti conclusione ostendam contra Valq. Deinde in nobis non esse tale iudicium, dum peccamus, testatur consentia ipsa, quæ nobis actu peccantibus rem ordet, & contra malum rememurat: quod fasè probat Doctor 3. dist. 36. ar. 2. *Contra hoc arguitur* ostendens posse dari dictamina rationis sine actibus moralis virtutis consequentibus, intellectus enim rectè dicente voluntas potest nihil eligere, & merè negativè le habere, atque ita peccare saltem omnivè, & merè negativè Bernardus de libero arb. dicit, voluntatem posse declinare à dictamine rationis, quia ratio est, ut eam non infirmat, & non ut destruat destruat autem eam si tale ultimam iudicium ita eam ad alteram partem deterrinat, ut actum suspendere non possit, nec frui libertate exercitari, ut actum suspendere non possit, nec frui libertate exercitari, & hoc ipsum manifestè indicant quamplures auctoritates superius adductæ n. 25. ac etiam ipsa experientia docet, quòd habens hoc iudicium, hic, & nunc fornicatio est peccatum morale, & minus bonum, quam spūritualia, quæ per eam perduntur, adhuc vult fornicari; sed tunc nullum habet errorem, sed rectum dictamen, ergo &c.

29 Respondet Lorca, quòd voluntas determinatur ab intellectu, nec potest velle nisi quòd intellectus præferat, quòdque magis bonum vult; & in proposito bonum voluptatis præferatur bono rationis, & simile iudicium erroneum inest omnibus peccatoribus, dum peccant. Contra, quia falsum est voluntatem determinari ab intellectu, alioquin esset libertas tolleretur, nam posita illa determinatione non posset voluntas non sequi; nec illam potest impedire, quia si posset, hoc fieret per alium actum, sed hinc non potest habere voluntas, nisi præcedat alia determinatio per intellectum; & sic in infinitum, nisi dicas libertatem esse formaliter in intellectu. Deinde falsum est voluntatem necessitari ad volendum magis bonum ex pluribus offensis ab intellectu, quia constat aliquod magis bonum ex duobus bonis propositis unum iudicatur, alio melius, non minus bonum amplecti, ut de le Medea testatur, apud Ovidium *Idæa meliora, proboque, desideriora sequor*, ut iam ostendi *dist. 6. de anima q. 6. ar. n. 1. 29.* & rursus ostendit *concl. seq. contra Valq.* Denique quia tale iudicium erroneum esset contra fidem, atque ita in omni peccato includeretur peccatum contra fidem.

Respondet Lorca, quòd fides non dirigit voluntatem in particulari, sed in communi, unde hoc iudicium, bonum voluptatis absolute est melius bono virtutis est contra fidem, hoc verò particulare, hic & nunc est magis conveniens, & proportionatum bonum voluptatis, quam bonum virtutis, non est contra fidem. Sed Contra, falsum est tale iudicium particulare non esse contra fidem, nam quamvis si ejus sensus foret hoc expedire magis ad delectationem sensus, est iudicium verum, & non contra fidem, tamen si sensus sit, ut bonum voluptatis hic, & nunc esse amplectendum secundum rectam rationem, vel omnibus penatis expedire hoc fieri non obstante turpitudine, vel præferendum esse voluptatem bono virtutis; iudicium est falsum, & contra fidem nam dicens bonum virtutis, ut sic, melius esse bono virtutis, hæreticus est: ergo similiter dicens hoc bonum voluptatis præferendum esse bono virtutis est hæreticus, patet sequela, quia licet sub illa universalis propositione descendere: qui iudicat hic, & nunc melius esse adhaerere Antichristo, quam Christo, & sequi ecclesiam Calvinisticam, quam Romanam, est hæreticus, & tamen hoc est iudicium particulare: ergo falsum est fidem non dirigere voluntatem in particulari, sed solum in communi: alias Thomistarum responsiones refutatas, vide *dist. 7. cit. de anima n. 56.*

30 Sed Contra hæc conclusionem obiicitur, quia in Scriptura non solum dicitur ignorare, vel inadvertere qui peccat, sed etiam errare, Proverb. 14. *errant qui operantur malum*, & sapientia 5. dicitur *improbi errantibus à via veritatis*, ergo ad peccandum necessarius est error positivus in intellectu præcedens speculativum, vel practicum. Nec valet communis responsio, hæc, & similia loca intelligi debere, non de errore intelligentie sed morum, quo quis dicitur deviare à via, vel scopo: sicut qui posuit in trivio eligi viam, quam debuisse relinquere, dicitur errare à via. Non valet, quia statim obicit verba sequentia, quæ sunt expressa de errore intelligentie, *erravimus à via veritatis, & influit Lumen non Luxit nobis, & Sol intelligentia non est ortus nobis.*

Responsionem esse de utroque scilicet, de errore morum, & voluntatis in verbo *erravimus*, & de ignorantia intellectus cõiequente ad errorem voluntatis, quasi dicerent, quia nos voluntate obicem posuimus, ideo sol iustificat non est ortus nobis, nec Lumen intelligentie illuxit nobis; hæc autem Luminis carentia licet quandoque non tamen semper afferat errorem positivum: *Idem. in Secunda Sentent.*

unde hæc, & similia loca, si de errore intelligentie loquantur, explicanda sunt non de errore prævio, & antecedente ad peccatum, sed concomitante, & consequente, quo sensu Sap. 2. dicitur malitiam excogitare intellectum peccatoris aut privative, quatenus voluntas eligens aliquid illicitum, intellectu avertit à recta, & laudabili ratione, & recto dictamine privatur positivè, cum ex imperio voluntatis malè eligentis sequitur falsum iudicium rationis approbans talem electionem, ut dixi *dist. 7. cit. n. 63.*

Obiicies secundo, Arist. 7. Ethic. c. 10. assimilat peccantem ex passione civitati, quæ decernit quidem omnia, quæ sunt agenda, & leges habet bonas, sed non utatur, malignum autem, sed ex malitia peccantem, civitatem, quæ legibus quidem utatur, sed pravus, ergo in eo, qui peccat ex malitia præcedere debet errorem iudicium dicitans hoc esse faciendum. Respondetur hinc non esse Arist. sensum, sed quem dicit graevus Interpretes, ibi loqui de operante ex habitu malo, quem appellat simpliciter malignum, & dicit habere leges pravas, quod est decretum proprie voluntatis, quia sibi tenet tanquam legibus præscriptis aliquid faciendum, & ab his legibus non recedendum: differunt enim peccatum ex passione, & malitia in hoc, quòd primum oritur ex appetitu sensitivo, à cuius vehementia rapitur voluntas contra id, quòd intellectus iudicat, atque ideo rapitur quasi ab extrinseco, & levius peccat: secundum verò oritur ab ipsa voluntate inhonestè honesto præferente, nec ab alio extrinseco, sed à seipsa dicitans, & decernit hoc, quòd simpliciter, apprehendit sub ratione boni delectabilis, esse amplectendum; quò decreto postro intellectus ex voluntatis imperio, quoties seise offert occasio, iudicat illud obiectum esse expediens, & opportunum, & in hoc sensu dicit Arist. nullum habere rationem, quæ adverteret ei, quòd cupiditate agit; iudicat enim intellectus iussu proprio statuto voluntatis, quæ interdum decernit de bonitate huius obiecti, non esse ambiendum de illo amplectendo hic, & nunc, quòd iudicium voluntas libentissimè suscipit, cum in ea nihil extrinsecum misceatur, sed decretum ipsiusmet voluntatis, quò non potest non esse sibi iucundum, quo etiam modo explicandum videtur 6. Ethic. c. 5. dum ait si voluntas malè agit, intellectus malè dicitur, quæ oppositio non distat ab ea, quam tradit Scot. 3. d. 26. G. & N.

Obiicies tertio, voluntas sequitur intellectum, ergo non potest errare, nisi intellectus erret. Respondet antecedens esse verum hoc sensu, quòd voluntas non potest appetere aliquid obiectum, nisi proponatur illi ab intellectu sub ratione boni; triplex autem est bonum honestum, utile, & delectabile, potest ergo contingere, ut voluntas tria hæc diffinita obiecta voluntati proponat abique ullo defectu, & tamen voluntas erret in eligendo, quia scilicet eligi bonum delectabile relinquens honestum. Dices, si intellectus non errat, ergo iudicat bonum honestum esse utile præferendum; ergo non potest voluntas eligere bonum delectabile relinquendo honestum. Respondet etiam falsè hoc ultimo iudicio, potest voluntas pro sua libertate eligere minus bonum maiori relecto, & hoc semper evenit in operantibus contra conscientiam. Dices, voluntas non velle, vel nolle, nisi obiectum à ratione iudicatum, ut eligendum, vel fugiendum, sed in proposito non adest iudicium de prosecutione boni delectabilis, hoc enim opponeretur ultimo iudicio de bono honesto lato, & esset hæreticum; ergo in illud tendere nequit profectum.

Resp. ex Basol. cit. negando maiorem, voluntas enim, ut moventur, tantum indiget actu intellectus experientis bonitatem, præhensionem, & intelligentiam, & non necessario compositionem, quæ dicitur hoc esse eligendum, vel fugiendum; cur enim plus requiratur ad movendum appetitum intellectivum, quam sensitivum: certe simplex apprehensio non minus bene representat rationem boni, quam sensatio, cum itaq; in casu nostro ostentia fuerit voluntati non tantum honestas, sed etiam delectabilitas, poterit ipsa moveri ab hoc bono, & non ab illo, non obstante ultimo iudicio, quòd hoc bonum sit illi postponendum: simpliciter verò obiecti apprehensionem esse sufficientem ad movendum voluntatem iam probatum est *dist. 7. de anima q. 6. ar. 1. n. 24.*

Dices, ergo in tali casu voluntas non ducitur ab intellectu, neque rationem reddere poterit, cur ita fecerit, quòd tamen est contra modum agendi voluntatis. Negatur sequela, fuer enim nunquæ operatur voluntas sine ratione, hoc est sine motivo ab intellectu proposito, sepe enim amat obiectum propter bonitatem positam, vel odit propter eius incommoditatem: ita semper sequitur ductum intellectus, & reddere poterit rationem aliquam sui effectus, sed sicut non est necessarium, quòd semper sibi proponatur obiecti bonitas per iudicium, & compositionem sed sufficit, si per simplicem apprehensionem proponatur, ita non semper oportet, quòd sequatur ductum intellectus iudicantis, & reddat rationem, quia intellectus ita iudicavit de hoc bono; sed sufficit quòd sequatur ductum intellectus ostendens, & reddat rationem, quia intellectus non tantum illud, sed etiam istud bonū sibi proposuit, ita colligitur ex Scot. 2. dist. 6. ar. 1. G. & dist. 12. in fine, & D. Bon. 2. dist. 25. p. 1. n. 9. 6. in fine, addit Basol. 2. dist. 25. q. 2. non semper teneri voluntatem reddere rationem

cur ita facit; sed tantum cum rectè, & rationabiliter operatur alioquin non tenetur aliam rationem reddere, si quia ita placet vel fiat pro ratione voluntas, ut dixi *disp. 7. c. i. m. 60.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Nullum talem defectum absolutè esse necessarium.

33 Dico tertio, neque necessarium esse ad peccandum talem defectum, quem non patiantur interdum qui non peccant. Est contra *Vasq. p. 2. disp. 1. 28. c. 5.* ubi ait in intellectu peccantis, licet non semper præcedat error positivus, præcedere tamen aliquem defectum considerationis, ad quod intellectus efficacius suadeat malum quam bonum, quia licet voluntas possit non amplecti id quod efficacius, vel equè efficaciter sibi fuerit propositum tamen amplecti non potest, quod fuerit sibi magis efficaciter propositum; unde vult peccantem talem semper pati defectum in intellectu, qualem non habet, qui non peccat, & cetera. *Scoti l. c. 1. dist. 1. q. 4. ad argum. 1. ubi docet voluntatem ita libere assenti posse maior bono, ac efficacius propositio, sicut minori, & minus efficaciter propositio, & evidenter deducitur Ex Aug. *cit. 1. de Civit. c. 6.* ex quo de duobus hominibus quælior corpore, & animo afficit eandem pulchritudinem in utrobis, quorum alter contentus, & responsum Vasq. rejecimus *disp. 7. c. 1. n. 19.* & probatur etiam ratione, quia non repugnat hominem non advertere quantum potest ad aliquid bonum, & tamen advertere quantum sufficit ad illud amandum, nec aliunde requiritur, quousque operatur homo, quod præcedat iudicium determinans ad illum actum, imò tale iudicium libertatem laedit ex dictis *disp. 7. c. 1. q. 3. art. 3. ergo* contingere potest, quod ex duobus hominibus, quibus præsentatur bonum delectabile, & eius prohibitio, quorum neuter attendat quantum potest ad gravitatem, & malitiam peccati, attendat tamen quantum sufficit ad illud vitandum, unus consentiat in bonum delectabile prohibitam, alter vero propter prohibitionem dissentiat; & tunc quidem qui consentit illi consentit, ut si attentius, & melius consideret dampnum peccati non consentiret; atque idè ejus consentiens ex illa ignorantia, seu ex defectu considerationis saltem occasionaliter oritur, habuit tamen considerationem sufficientem, cum qua dissentire potuisset, & alius de facto dissentit.*

Confirmatur exemplo Libertatis Dei, qui potest ex duobus æqualibus bonis alterum velle, & ex duobus inæqualibus velle minus bonum, quia de facto non produxit perfectiores creaturas posibles. Dices, voluntatem creatam non posse simul ad duo objecta attendere, quare dum attendit ad unum, eo ipso averit cogitationem ab alio. Contra transeat nos non posse attendere ad utrumque extrinsecum æquè intensè, possumus saltem remissè ad utrumque vel intensè ad unum, remissè ad alterum; sed voluntas pro sua libertate potest velle illud, quod remissè considerat, & omittit, quod intensè proponitur, sicut Deus potest omittit illud, quod proponitur sibi, ut majus bonum, & amplecti, quod proponitur, ut minus.

34 Sed Contra hanc conclusionem obicitur *Art. 7. Ethic. c. 3.* dicit Incontinentes habere quidem aliquam cognitionem malitiam, sed talem, qualem habet dormiens, aut vinolentus, qui etiam Empedoclis carmina recitat: sed hæc consideratio non est insufficientis ad operandum ita dicitur, ergo & cetera. *Et 3. de anima 37. ait* in deliberatione accipit eadem esse regulam, que majus bonum proponit, necesse est inquit, unum quoddam inveniatur majus, quod prosequitur, ergo non potest sequi appetitus, quod proponitur minus bonum, vel æquale, sed quod proponitur, ut majus. Resp. eum locum caute intelligendum esse, ad peccatum enim major notitia virtutis requiritur, quam sit in dormiente, vel vinolento, quamvis propter passionis impetum sit adeo tenus, ut merito explicet exemplo dormientis, aut vinolenti, non per adæquationem exempli, sed per quandam similitudinem; Ad id in consideratione, quam patitur qui peccat ex passione, duas involvi considerationes, alteram circa honestatem virtutis oppositæ scilicet castitatis, & hæc est tunc valde exilis, & tenuis, & de hac loquitur *Art. 1. alteram* circa obligationem applicandi intellectum ad cogitandum attentius de honestate castitatis, & hæc est aliquantum major, & licet nullus alius cum illa cogitatione castitatis, tam tenus amet castitatem, aliqui tamen cum illa cogitatione secunda applicat intellectum ad cogitandum vehementer de bono castitatis, & hoc sufficit ad nostram conclusionem; Ad alium locum *Art. 1. loquitur* ibi, quia ita communitur contingit, si ratio est rectior, non tamen, qui aliquando voluntas possit contra eam ferri, imò lubidit. *Ex* immediate sequitur *vincit autem appetitus & cetera.* ex quo patet quandoque relinquere regulam, vel contra eam facere.

35 Obicitur secundo; *Aug. 1. de peccatorum meritis cap. 13. ait,* nolant facere homines, quod iustum est, si ve quia later, an iustum sit, si ve quia non delectatur in eo vehementius quodque volumus, quatio certius quam bonum sit novimus, eo que delectamur ad eum, quibus verbis videtur exigere semper in actu pri-

mo vehementiorem cogitationem, aut effectum ante consensum absolutum. Resp. imò ex loco constare non semper affectum vehementiorem oriri ex efficaciori propositione boni, vel eius cognitione, cum Aug. non unicam, sed duplicem causam seorsim assignet consensum mali, scilicet cognitionem fortiore, & delectationem ardentiore, ubi aperte indicat posse aliquando secundam causam esse sine prima, id est, posse esse ardentiore delectationem sine illa maiori attentione, & consideratione. Dices; electio non potest esse sine consultatione prævia, qua unum alteri præferatur, ut maius bonum; ergo si præferatur rectè, recta erit, & bona; si mala, erit mala ex errore maioris propositionis. Resp. negando assumptum, quia ad movendam voluntatem sufficit simplex objecti apprehensio; deinde stant simul iudicium hoc medium præferre alteri, & libertate sua voluntatem alterum eligere, ideoque; necessariam non esse hanc efficaciorum considerationem ad voluntatem determinandam. Dices, voluntas dependet ab intellectu representante rationem boni; ergo quo melius est bonum, vel Negatius representatum, magis necessarium volumantem trahet. Resp. contra quæ sententia, dummodo enim bonum non sit infinitum, potest respicere, & minus bonum eligere ex sua libertate. Dices; in causis præcis sic se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & cetera. Resp. licet ostensio boni sit causa præcis specificationis libertatis, non tamen exercit, sed huius causa præcis est ipsa voluntas; quare sicut in eius potestate est amare, vel non amare tantò magis sic, vel se amare.

Obicitur tertio, imò diximus conclusionem primam postea consideratione attentissima circa incommoda peccati omnia neminem unquam, vel saltem raro peccaturum. & tamen eo casu non tolleretur libertas arbitrii ad peccandum, sed propter perfectiorem considerationem non peccabit; ergo nulliter & contra dicta potest postea aliqua magna attentione circa volaptem objecti turpis, & valde teni circa honestatem oppositam, manere quidem libertatem, sed neminem unquam bene operaturum. Cur ergo non dicimus ita contingere de facto, quoties quis peccat, & per consequens habere semper aliquem defectum in intellectu, quem non habeat qui bene operatur. Resp. concedendo prænam consequentiam, nego tamen illi semper contingere quoties aliquis peccat; ex hoc enim fieret omnes, qui peccant, habuissent necessitatem peccandi, non quidem physicam, sed saltem moralem; cum propter vehementiam considerationis fuerit illis adeo difficile, ut fuerit moraliter impossibile non peccare; hoc autem est aperte falsum: tum quia negati non potest, quin inter necessitatem moralem consentiendi, & necessitatem moralem dissentienti dari potest medium, quo aliquis possit moraliter consentire, vel dissentire objecto propositio, ut experientia ipsa docere videtur circa alia objecta occurrentia, tum quia inde sequeretur omnibus his, qui de facto damnantur in possibilem fuisse moraliter loquendo eorum salutem: nam fuit impossibile mo raliter resistere illi tentationi, cui de facto succumbentes, & de facto damnati sunt quòd quidem sine maximo inconvenienti concedi non potest, sicut ergo inter eos qui bene operantur, aliqui sunt quibus difficultissimum, & moraliter impossibile est male operari ita in his qui peccant fortialiqui, quibus difficultissimum est operari bene: aliqui tamen tunc qui sine magna difficultate possunt non peccare, imò nullus ctedo, est ex damnatis, cui mortuos, & ut plurimum facile non fuerit aliquid vitare peccatum, quod si vitasset, non incurset illam difficultatem non peccandi iterum in sequenti occasione.

Dico ultimò, simpliciter, & absolute loquendo nullus prædictorum defectuum est necessarius in intellectu, ut sit defectus in voluntate. Conclusio est *Scoti 3. dist. 36. c. 2. & D. Bon. 2. disp. 4. art. 3. q. in fine, & disp. 4. art. 1. q. 1. quæ tenet Arias *disp. 23. de Angelis, s. 6. & Suar. l. c. magna* ex parte, quatenus per tria integra capita ius probat non requiri ullum citiorem positivum, aut privativum, nec remissionem cognitionem ad peccandum, licet tandem *6. n. 52. concludat* nihilominus præcedere debere iudicium in intellectu defectu, ut errorum in moribus; probatur, quia est regulariter, & moraliter loquendo semper præcedat peccatum aliqua inconsideratio, vel in advertentia, physice tamen, & ex natura rei loquendo non est hoc necessarium; cuius rei signum est, quod multi peccant non solum cum remota conscientia, quod est signum peccate omnimodè scienter, & cum advertentia omnium, que animadverti debent, sed etiam ex industria, & omnimoda scientia, de quibus intelligitur illud *Job. 34. quasi de industria recesserunt ab eo*; qui modus peccandi proprie constituit peccatum ex malitia, prout distinguitur a peccato ex passione, & ignorantia; unde videmus hominem quandoque peccare videndo melius esse non peccare, qui etiam dum peccat vehementer timet damnationem æternam animadvertens peccatum illud subito cessandum, & panam illi debitam esse vehementiorem voluptate præsentis, & semper duratur, sic videmus homines concubitus præsentis merito abire præ efficaciter veri Dei, adolecentiam; ille Evangelicus fletus discitit a Christo, noluit tamen divitiis relinquere; igitur experientia constat eum propositione omnium morivorum ex parte intel-*

intellectus etiam eorum; que vim quandam moralem habent continendi voluntatem a lapu, & seclusio quocunque defectu ab intellectu, sequi posse defectum in voluntate; & quidem credendum est. Christum illi adolecenti propositum non ordinariæ motiva, ut a peccato retraheretur, & tamen voluntas ejus non consentit. Deinde probatur ratione a priori, quia non obstante quacumque cognitione vis est eujuslibet; motivi propositione quantumvis efficacissima, manet adhuc voluntas libera ad committendum, vel omittendum contra legem; quia talis scientia quantumvis perfecta, & exacta non cogere illum ad non peccandum, sed relinqueret illum liberum libertate contradictionis, & contrarietatis ad faciendum bene, & non faciendum, & ad faciendum bene, & malè, & ratio est jam assignata *disp. 7. de anima*, quia voluntas non determinatur a scientia physice, sed tantum moraliter regularitur, & dirigitur; ergo physice semper ex se manet indifferens, ut agat contra dictamen rectè rationis.

Demum negari omnino non potest saltem omnivisè voluntatem peccare posse absque illo profecto defectu præcedente in intellectu, quando proponitur objectum præceptum, v.g. amor Dei; quod evadit probatio, & sua principia, que sunt sufficientia, ut amor Dei liber eligatur, sufficiens quoque ut ille amor possit omnino, alioquin actus ille liber non fuisset; sed ut actus amoris Dei liber elicitur a voluntate, nullus prærequiritur defectus in intellectu; satis de se patet, quia tunc non solus actus peccaminosus, ut licent *Adversarii*, supponeret defectum, sed omnes actus ut liberi, quantumvis perfectissimi; ergo ut idem actus amoris contra præceptum omittatur, nullus prærequiritur defectus in intellectu; tunc subsumo, sed eo ipso quod possit omitti, potuit esse peccatum in voluntate, immisso enim amoris præcepti peccatum est; ergo saltem omnivisè peccari potest absque ullo defectu præcedente in intellectu.

38 Sed contra hanc conclusionem arguit Suarez *l. c. contendens* ad omne peccatum antecedere in intellectu saltem iudicium defectuosum, quod dici potest erroneum in moribus seu quo ad moralem directionem, & ait esse de mente *Scoti 3. disp. 36. & Bassoli ibi d. quia* nemo potest eligere malum, nisi iudicando illud esse diligibile sub aliqua ratione bonæ; hoc ipsum iudicium imperfectum est, & ad peccandum de se inducens; ergo falsè sic defectus intellectus in omni peccato intervenit; Resp. neg; de mente *Scoti* necessarium esse simpliciter, & absolute loquendo ad peccandum ullum talem defectum satis constat ex dictis, argumentum vero Suarez coincidit cum vulgari Thomistarum, quod est injuriosum. Voluntas non potest aliquid velle nisi sub ratione boni; sed si nullus omnino præcedit defectus in intellectu, non potest velle sub tali ratione adulterium; quia sine aliqua defectu non potest intellectus illud voluntati proponere, ut bonum, ergo, & cetera. Ad quod argumentum *Scotius* negant communiter minorem cum ejus probatione, potest enim absque illo profecto defectu intellectus voluntati proponere adulterium esse bonum delectabile; cum hoc tamen esse malum, ut opponitur bono honesto, ideoque; esse postponendum, & tunc voluntas potest errare in eligendo bonum delectabile, & relinquendo honestum; ex quo patet errorem cum commissum non esse intellectus, sed voluntatis, nam intellectus bene præcedit illud objectum, voluntas vero malè elegit; sic patet dicendum ad argumentum Suarez, transeat major in sensu explicato, nã si per diligibile intelligatur id, quod iudicatur amore dignum, non est necessarium, ut quis reflexè cognoscat illud objectum, v.g. adulterium esse bonum, etiam si non se reflectat supra amorem; & in hoc sensu concessa majori, nego minorem, quod hoc ipsum iudicium sit imperfectum, nam sine ullo profecto defectu iudicari potest amabile esse illud objectum, scilicet, adulterium sub ratione boni delectabilis, nam te vera est amabile, licet non sine peccato, quando opponitur bono honesto, & hoc ipsum iudicium format Deus sine ullo profecto defectu, ut ait Arias, quod adulterium est amabile sub ratione boni delectabilis peccando, & hoc iudicium in se est perfectissimum, & verissimum, & nullo modo imperfectum, & defectuosum.

39 Dices, velle malum sub ratione boni præsupponit ex parte intellectus cognitionem talis mali sub ratione boni; at hæc cognitio est imperfecta, & defectuosa; ergo semper aut peccatum præcedit saltem ille defectus in intellectu, qui dici potest erroneus quoad moralem directionem. Resp. cognitionem mali sub ratione boni honesti esse utiq; malam, imperfectam, & defectuosam non solum privative, sed etiam positive, & aliquando etiã esse posse erroneam, & hæreticam; si nempe per illam affirmetur malum illud, quod est objectum peccati, esse bonum honestum; ceterum in casu positio non proponit intellectus malam nempe adulterium, quod est objectum peccati, sub ratione boni honesti, sed sub ratione boni delectabilis, & talis cognitio non est mala, imperfecta, vel defectuosa positive, aut privative; sed ad summum dici potest imperfecta negative, quatenus est cognitio minus perfecta, & minus bona, quam sit cognitio boni honesti. Dices, non potest voluntas eligere adulterium,

nisi in intellectu præcedat actus, quo iudicet, vel apprehendat esse sibi conveniens eligere bonum delectabile contrarium rationi, & bono honesto; hoc iudicium est defectuosum. Resp. negando majorem, si absolute, & reduplicative intelligatur, nam intellectus proponit voluntati adulterium esse bonum delectabile; cum hoc tamen esse malum, & tunc voluntas ex sua mera libertate eligit bonum delectabile, & relinquit honestum; ex quo patet cognitionem, & propositionem adulterii sub ratione boni delectabilis, & sicuti conveniens, nullo modo esse defectuosam, & imperfectam, nisi negativè, quia est minus bona, & minus perfecta, quatenus est de minori bono, & minus conveniens, scilicet bono delectabili.

Sed adhuc instat Suarez talem propositionem boni delectabilem, ut sensui conveniens, esse defectuosam ex parte intellectus, quantum ad moralem præcedentiam; licet enim prolativè inspecta talis cognitio non sit defectuosa in intellectu, sed potius quedam perfectio; tamen talem actum exercere, quando de voluntate dirigenda in ordine ad opus tractatur est defectuosum quidam intellectus moralis præcedentis contrarius, quia non potest proficere ad rectam directionem voluntatis, & quantum est ex se illam impedire potuisset, & hoc modo talis actus iudicium in eo qui resistit ei, & non peccat, est imperfectus, & defectuosus. Hanc instantiam late refellit *Arias *l. c.** sed breviter respondendum est, ut voluntas circa objecta ab intellectu proposita suam possit exercere libertatem omnimodam tam exercit, quam specificationis, tenet intellectum illi objecta proponere sub omni ratione, quam in se continet, bonitatis, & malitiam; unde in casu argumenti proponit ei adulterium, non tantum sub ratione boni delectabilis, & sicuti conveniens, sic enim quantum ad moralem præcedentiam, & in ordine ad voluntatem dirigendam est propositio aliquo modo defectuosa, & ad peccandum de se inducens, ut urget instantiam, sed etiam proponit illud sub ratione mali moralis, quatenus est contrarium rationi, & opponitur bono honesto, imò facta collatione inter utrumque bonum, scilicet, delectabile, & honestum iudicat hoc esse illi præferendum, ratione igitur illius iudicium Propositio illa adulterii ab intellectu facta voluntati sub ratione boni delectabilis, & sicuti conveniens, omnem imperfectionem, & defectum exiit etiam in genere moris, nam tale iudicium ferretiam potest ab ipso Deo, unde intemporaliter est talem actum esse defectuosum moraliter etiam in eo, qui resistit ei, & non peccat, alioquin non solum actus peccaminosus defectum supponeret in operante, sed etiam actus ipse bonus, quod neque *Adversarii* admittent.

Obicitur secundo *Americus tom. 3. disp. 17. s. 8.* opinatus enim Suarez ad omne peccatum necessarium præcedere debere moralem errorem imprudentiam, qui appellatur a *Scoto* error in agilibus; sed moralibus, quatenus intellectus contra regulas prudentiæ dicit eligendum, quod secundum rectam rationem congnoscitur non eligendum, arguit autem sic, ad omne peccatum necessarium prærequiritur iudicium prædicatum saltem virtuale, & implicatum de eligendo objecto malo, igitur ad omne peccatum necessarium præcedit moralis error imprudentie; consequentia patet, probatur assumptum: nam vel objectum eligatur quia malum formaliter, ut cum ex odio personæ eligatur medium, ut malum, & noxium personæ, & tunc præcedit expressum iudicium de eligendo objecto malo, vel eligatur quia delectabile, & utile cum implicita saltem, & consueta notitia malitiam circa objecto connexæ, ut cum eligatur celebrato sacri cum dubio interdicti, & tunc præcedit virtuale saltem, & implicatum iudicium de eligendo objecto prohibito.

Resp. negando assumptum, nam tale iudicium præcedens ad omne peccatum de eligendo objecto malo nedam esset error moralis imprudentie, sed contra fortis de etiam contra veritatem rerum, ut conclusionem tertia dictum est experientia docet, ut ibi dicebamus, quod habens hoc iudicium, fornicario est peccatum mortale, & licet sit bonum delectabile, & sicuti conveniens, tamen quia est contraria rationi, & sicuti est castitas, ut bonum honestum, nihilominus tali recto dictamini non obstante ex sua libertate vult fornicari, & universali ter hoc evenit in peccantibus cum memoria conscientiam distans, & nunc non esse peccandum: tum quia ad movendam voluntatem ad opus non semper necessarium est tale iudicium prædicatum ex dictis *n. 32.* sed sufficit simplex apprehensio qualiscumque bonitatis objecti, præsertim in actu simplicis complacentiæ, ut constat *qu. 89.* tum tandem quia omnino saltem est voluntatem unquam moveri ad actum profectionis ex malitia objecti per intellectum ostensa, quia malum nequit esse objectum profectionis, & ut *Anselmus* ait, nempe sapiens ad malum operatur; unde falsa quoque est illius adsumptio probatio quod objectum interdum eligatur ea ratione, qua formaliter malum, & quando ex odio inimici eligitur medium ei noxium, movetur tunc voluntas non ex ipsa objecti malitia, sed ex sine videt, que illi proponitur per modum boni utilitatis, vel delectabilis. Neque *Scotus 3. disp. 36.* docuit unquam moralem

errorum imprudenter necessario in intellectu precedere omne peccatum, ut ei imponit Suarez, & Amicus imò §. quantum ad illum articulum, explicat posse etiam sublequi ad errore voluntatis, quo sensu explicat illud Sap. 2. malitiam ex caute intellectu peccatoris, aut privative, quatenus voluntas contra rectum dictamen rationis eligens aliquod illicitum avertit intellectum a recta, & laudabili ratione, & recto dictamine privati, ne habeat ad eam duplicem, que stat in remorsu illo, qui habetur in eligendo oppositum dictam, aut postivè, cum intellectui præcipit querere, & considerare media, que sunt necessaria ad consequendum finem illicitum jam volitum contra rectum dictamen.

41 Obiicit tandem omnes auctoritates superius allatas Scripturæ, & Patrum, ac Arist. omnia peccata tribuentium alicui defectui intellectuali; Respondent Suarez, & Amicus explicari debere de morali errore imprudentiæ, quod præcedit necessario omne peccatum, qui est error non quidem in speculabilibus, quia non advertitur veritatem rerum, sed in agibilibus, & moralibus, quia contra regulas prudentiæ dicit eligendum, quod secundum rectam rationem cognoscitur non eligendum. Sed non est recta explicatio, quia nec talis error necessario præcedit in intellectu omne peccatum, sed interdum sublequitur ad peccatum modo non explicato; Unde iuxta superius dicta potius explicanda sunt de errore morum, & voluntatis, quo sensu dicitur quis deviare à via, & scopo, vel solum significat lapsus, & ut plurimum inconsiderationem aliquam præcedere peccatum, quia si tenent omnia incommoda, que ad ipsum consequuntur, a peccatore considerarentur, planè a peccato abstergeret, ut in prima conclusione declaratum est, quo patet explicatio non advertantur huic ultime. Vel tandem solum innotuit errorem intellegendi semper, vel antecedere, vel concomitari malitiam voluntatis per modum effectus illius in peccati.

ARTICULUS TERTIUS.

Quia dicendum de malis Angelis.

42 Cum præcedenti articulo statutum sit nullum defectum positivum, vel privativum ex parte intellectus ad peccandum esse necessarium, imò posse voluntatem ex sua libertate peccare tam omnivè, quam commissivè sicut recto dictamine in intellectu, ut ait Doctor 2. dist. 36. §. quantum ad illum articulum; oportet nunc descendere ab hac questione universali ad decisionem questionis specialis de Angelis, an scilicet de facto ante peccatum præcederit in eorum intellectu aliquis defectus, in quo puncto conveniunt omnes, quod non peccaverint ex ignorantia præve dispositionis, id est, ex proprio errore falsitatis, quia talis error non fiat cum plenitudine scientiæ, neque ex ignorantia privationis propria ob eandem rationem, quasi in objecto inordinatè amato malitiam moralem non consideraverint, aut præceptum illud prohibens, & similia; sed solum est dubium de consideratione alicujus defectus, quæ posita facillimè, & moraliter non peccasset, ut dictum est ab initio explicando statum questionis.

43 Dico Primum, probabiliter sustineri posse Angelum cum aliqua tali inconsideratione peccasse etiam se mente Scoti. Colligitur ex eo quod docet 2. dist. 22. in fine de peccato primi parentis in statu innocentie, quem ait non peccasse ex errore, similiter nec ex ignorantia facti, scilicet enim esse contra præceptum Dei comedere de ligno vite; attamen dici posse peccasse, aut peccare potuisse ex ignorantia circumstantiarum consequentium; upote utrum tanta pena sequeretur, bene enim potuit habere hanc inadvertentiam ante peccatum; hæc autem est inconsideratio, de qua hic est sermo; nam licet talis inconsideratio non sit simpliciter necessaria ad peccandum, quia interdum eam habet etiam qui non peccat, & moraliter tamen, & ut in plurimum invenitur in communi modo peccandi, ut ostensum est in prima conclusione primi articuli; nec videtur assertio ratio convincens, cur Angelus debuisset esse ab communi regula exemptus, etenim si habuissent tam incensam cogitationem penam, & sensus, & damna, quam nunc patiuntur; item quod nihil penitus essent suo peccato effecturi de his, quæ præcedebant, valde verisimile est, & moraliter credibile, quod a peccato abstinuissent, sicut & prius patens. Tum quia hæc inadvertentia, & inconsideratio, de qua hic loquimur, compossibilis est cum peccato ex mera malitia, ut explicatum est num. 23. ergo licet dicamus malos Angelos, & primos parentes ex hac inconsideratione peccasse; adhuc bene fultur eorum peccatum fuisse ex malitia prout distinguitur a peccato ex ignorantia proprie dictæ, & etiam quod peccaverint ex plena scientia; non enim opus est eam scientie plenitudinem fuisse talem, ut non poterit naturaliter esse major aut intensior, neque oppositum insinuant Patres, aut Scriptura.

44 Confirmatur, quia valde verisimile est Angelum non transgressisse omnia, quæ a peccato eum avertere potuissent, non

actu considerasse infinitatem divinæ offensæ ob immensam Dei maiestatem, irreparabile damnum æternæ damnationis, & similia; ergo saltem ex hac parte ex inconsideratione peccavit. Resp. Vulpes dist. 21. art. 6. in fine, quod Angelus in primo instanti præter speciem divinæ naturæ distinctè illum representantem, tanquam proprium nimirum finem, debuit quoque habuerunt revelationem mediocri sufficientiam ad illum acquiritendum, quod fuerit unicus debita illæ leges revelatae, qui perseveraverit ut que in finem salvos esset, non coronabitur, nisi qui legitime certaverit; qui ceciderit, condemnabitur, &c. harum autem consideratione actualis legem excedere facultatem intellectus Angeli non videtur. Hæc responsio ostendit solum ita fieri potuisse, non tamen ita esse factum; concedo, quod illæ leges fuerint Luciferi revelatae, & quod actualis eorum consideratio non excedat facultatem Angelici intellectus; attamen potest esse, quod Luciferi multum attendens ad pulchritudinem, & excellentiam suæ naturæ, & in nimia afflictione occupatus, ac penitus immeritus, ad alias altiores rationes rectè eligendi, & amandi non satis attenderit, & ex tali inconsideratione peccaverit. Dices Angeli postquam peccaverunt, habuerunt notitiam penarum, quibus obnoxii facti sunt, & tamen voluntatem non mutarunt; ergo etiam antea eandem habuissent, adhuc peccare potuissent.

Respondendo plura ad hanc instantiam asserti ab Arriaga, & Suarez loc. cit. Sed quicquid modò fit de eorum obstinatione in malo, breviter dicendum est per hoc probari solum talem inconsiderationem non esse simpliciter necessariam ad peccatum, quia actus oppositus omnino physice, ac infallibiliter peccatum excludit; quia interdum eam quoque habent, qui non peccant; & interdum qui habent actum oppositum exactam nempe omnium considerationem, peccant; sed quia moraliter, & ut in plurimum est causa, cur peccatum sequatur, licet inculpabilis, quia aliunde supponitur peccantem habuisse notitiam sufficientem ad vitandum peccatum; idè dicimus, quod si Angeli actum oppositum habuissent, facillimè, & moraliter a peccato abstinuissent, licet simpliciter, & absolute loquendo etiam de potentia ordinaria cum illo eodem actu peccare potuissent, sicut de facto multi eum peccant, quod dicitur peccatum ex certa malitia in toto rigore; Quamvis autem ad argumentum in se, negari debet patitas, quia ut docet Doctor 2. dist. 7. qu. univ. in Dæmonibus est continuatio malitiæ, quia non possunt à culpa relinqueri, nec meritorie operari, quia ad meritum volendum non sufficit voluntas, sed requiritur gratia, tanquam principium cooperans, quam de potentia ordinaria Deus eis dare non potest, nam lex præfixa est Eccl. 11. ubique quoque ceciderit lignum ibi statit; unde si Diabolus haberet patium Dei concilium ad relinendum, & ipem certam veniæ, & libertatis, probabilissimum est ex cognitione experimentalium illarum penarum, quas patitur, revocatum etiam utiliter suam voluntatem, & ut ait Arriaga loc. cit.

Dico secundò, adhuc probabilis esse, & Scoti doctrine conformis 2. dist. 6. q. 1. Angelum ex nulla tali inadvertentia peccasse, sed cum plenissima scientia, & ex mera malitia in omni rigore, sicut etiam probabilis est, quod plenam scientiam habuerint non tantum de malitia objecti in se, & de præcepto prohibente, sed etiam de omnibus circumstantiis consequentibus; & quamvis diceremus peccatum primi hominis cum aliqua tali inadvertentia contigisse iuxta relata ex Scoto 1. dist. 22. qu. univ. non idè patitur de Angelis dicere debemus; Tum quia plenior scientiam de omnibus habuit Angelus à luce creationis initio, quam homo, etenim non solum habuit infusus species rerum omnium naturalium, & moralium, sed etiam speciem distinctè repræsentantem divinam essentiam; ergo notitiam habens distinctam ab ultimis finis in particulari, & consequenter omnium meliorum ad illum finem consequendum non peccavit ex aliqua ignorantia. Tum quia hoc insidet ratio, quam Patres dicit solent, quare homo fuerit admittit ad præsentiam, boni Angelus, dicitur enim Angelum peccasse omnino ex malitia, ac ex industria scientie, & prudentie, & ac per consequens sine ulla inconsideratione, & inadvertentia, non ita hominem. Tum quia hæc ratio dicitur peccatum Angeli fuisse gravissimum, & abique ulla prioris excusatione, non ita peccatum hominis; tale autem non fuisset, si ex aliqua inadvertentia præcessisset. Nec sufficit, quod responderi Arriaga verum quidem esse non fuisse tam grave, ac si habuisset eam considerationem, at non propterea sequitur, illud non fuisse simpliciter gravissimum, habuit enim cognitionem, quæ sufficiebat ad illum deterrendum, etiam non habuerit aliam, quæ etiam deterruisset de facto. Non sufficit, inquam, quia si eam cognitionem non habuisset, quæ moraliter loquendo cum deterrere de facto debuisset, absolute loquendo non posset dici simpliciter gravissimum, quia gravius fuisset, si tale cognitionem habuisset.

Deinde hoc ipsum colligitur ex eisdem Scripturæ locis ex 46 qui-

quibus Adversarii oppositum deducere cõcedunt, inquit enim Suarez ex loco Ezech. cap. 28. non obicit colligi, quod Luciferi aliquam talem inadvertentiam habuerit ex illis verbis, *elevarunt est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam in decore tuo*, tantum enim abest, quod ex his verbis colligatur aliquam ignorantiam præcessisse solum peccatum, ut potius manifestè deducatur eam esse ad illud sublequitur; ait enim quod in penam commisit culpam in dedecore suo sapientiam perdidit; signum evidens non quidem culpam ex defectu perdidit sapientie processisse, sed potius è contra sapientiam perdidit in penam culpæ, id quod expressè insinuat verbis illi in *dedecore suo* cum pena culpam non præcedat, sed sublequitur, quia Deus non prius est ultor, quam aliquis peccator ex Ang. super Gen. 11. Denique probatur ratione à priori, quia si propter aliquam rationem, talis defectus admittendus esset in intellectu Angeli antequam peccaret, maxime id esset, quia sine illo peccare non potuisset; at hoc esse falsum satis constat ex præcedenti articulo ostensum est, quod seculo quocumque tali defectu, & posita perfectissima scientia objecti, & omnium circumstantiarum ipsius adhuc potest homo, & Angelus peccare, quia talis scientia quantumvis exacta, & perfecta non cogit voluntatem ad non peccandum, sed adhuc eam liberam relinqueret libertate contrarietatis, vel aliam contradidionis circa quodcumque objectum creatum quantumvis clarè cognitum; ergo abique ulla sufficienti ratione, ac solida auctoritate negatur Angelum peccare sine ullo tali defectu.

47 Sed dices, Angelus peccando non consideravit omnia, quæ illum à peccato avertere potuissent, ut insinuat offensæ Dei, damnum æternæ damnationis, & alia similia, quæ cum sint verba, & innumerata, non possunt ad illa simul advertere; ergo necessario præcessit in Angelo aliqua inconsideratio, sive defectus considerationis. Respondendo negando assumptionem, & quamvis enigm illa, quæ Angelum potuissent à peccato retrahere, multa sint, quia tamen hæc habent per modum unius, scilicet, circumstantiæ, & effectus sui peccati potuit ea perfecte simul considerare, vel brevissima temporis mora successivè, inconsideratio enim in nobis potissimum derivatur ex imbecillitate intellectus ob eorum dependentiam in operando à sensibus; intellectus autem Angeli in statu innocentie ante culpam limpissimus fuit, & idè verisimile non est ullam talem habuisse inconsiderationem, qualis in nobis contingere solet.

Ex his concludo unum, vel alterum dicendi modum posse in Scoti sententia sustineri, scilicet, vel quod ex nulla inadvertentia peccaverit Angelus seu ex plenissima scientia iuxta hæc secundam conclusionem: vel quod præcedit inconsideratio aliquarum circumstantiarum, licet quoad substantiam nulla præcesserit iuxta primam conclusionem. Et quamvis prior dicendi modus communior sit inter Scotistas, non desunt tamen, qui secundum quoque tenentur ut Brancasius dist. 10. de Angelis quæst. 15. Neque contra hoc urget, quod Volpes obiicit dist. 2. art. 9. quod talis inconsideratio in Angelo fuisset præve peccati ergo non anteceffit peccatum, cum pena peccati enim non antecedat: sed sublequitur. Respondetur enim, sicut Doctor respondet de primo homine dist. 2. quod ignorantia facti non præcedit peccatum, civit enim præceptum Dei de non comedendo ligno vite: sed ignorantia aliquarum circumstantiarum, quæ facillimè potuissent iniquè à peccato retrahere, potuit præcedere peccatum, neque fuisset plena, sed condicio nature finitæ & limitata, ac proinde non potentis simul ad omnia advertere, & sic in proposito de Angelo patitur dicendum esse ut loquuntur dicendi modum, quod inadvertentia aliquarum circumstantiarum non fuisset plena peccati, neque ex peccato processisset, tanquam effectus; sed ex limitatione, & finitate nature intellectus Angelici non valentis simul ad omnia attendere, quando præsertim circa considerationem alicujus objecti est valde occupatus, & distractus, sicut fuit Luciferi circa pulchritudinem, & excellentiam suæ naturæ, in qua consideratione innumeris non potuit alias altiores rationes attendere, quæ facillimè, & moraliter quadam certitudine ipsum à peccato cohibuissent; ceterum ignorantia facti, error, & ignorantia præve dispositionis utique sunt peccati peccati.

48 Auctor controvertiarum inter Scotistas contr. 9. conclus. 2. inquit defendi non posse peccatum Angeli fuisse ex certa malitia, nisi ponatur voluisse malum sub præcisa ratione mali optime enim scivi non esse appetendum æqualitatem Dei, & licet in illo objecto rationem delectabilis agnovit, cognovit tamen rationem illam delectabilis non esse appetendam, sed postponendam divino præcepto, & eam anteponeat esse omnino malum: cum igitur hoc non ostente illam anteposuerit, sequitur voluisse malum sub præcisa ratione mali, & altere dicendo difficultè salvaretur peccatum ex certa malitia. Quod autem posset fieri in malum voluntas sub præcisa ratione mali, probat ibidem; nam aliquoquin non salvaretur libertas contrarietatis, quam habet circa quodcumque obiectum ad velle, scilicet, & nolle; ete-

nim voluntas nunquam est in actu primo constituta proxime ad volendum, nisi dum sibi obiectum repræsentatur ab intellectu; & certum est semper præsentari vel sub ratione boni, vel sub ratione mali; modò dum præsentatur sub ratione mali, non potest velle, sed tantum non velle; & ita in ordine ad illud non habet potentiam, & libertatem contrarietatis; similiter dum præsentatur sub ratione boni, non potest nolle, & ita nunquam erit circa aliquod obiectum libera libertate contrarietatis, sed solum contradidionis; & licet hoc concedat Mairius, & Bellutus dist. 7. Phys. q. 8. art. 2. m. 172. non videtur tamen concedendum.

Ceterum voluntatem non posse velle malum sub ratione mali validissimis rationibus jam ostendi, & ex Scoto pluribus in locis dist. 7. Phys. cit. n. 169. & variis dist. 7. de anima quæst. n. 99. quas Auctor ille non adducit, sed tantum unam ex Libero, cui neque etiam bene satisfacit: ea autem est, impossibile est potentiam elicere actum circa aliquod obiectum, quod impossibile est esse obiectum talis actus, non enim potest velle elicere actum volitionis circa bonum; sed obiectum volitionis est sola miseria, & malum, & obiectum volitionis est tantum bonum verum, vel apparet; ergo nequit voluntas velle, seu prolequi malum sub præcisa ratione mali.

Respondet ille ex Scoto (inquit) dist. 43. quæ 2. B. distinguendo minorem, obiectum volitionis est sola miseria, & volitionis sola bonitas, si ratio obiecti dicat rationem terminantem præcisè, negò; si ultra rationem terminantem dicat rationem allicientem, & voluntatem quodammodo trahentem, sed in pelletem, concedo; actus enim volitionis potest terminari ad miseriam, & ad malum præcisè, ut rationem præcisè terminantem, non verò ut ad rationem allicientem, sed trahentem, & è contra de actu volitionis in ordine ad bonum; Non semel dicit Scotus huic auctori fidei non debere, dum tamen per in suis responsionibus ex Scoti doctrina respondere profiteretur, plerumque enim vel Scotus nihil tale dicit, vel potius totum oppositum, ut veniunt in nostras; querit enim ibi Doctor quomodo possit assignari peccatum ex certa malitia, quod esse dicitur in Spiritu sancto, & inquit, quod si tenentur voluntatem posse velle malum sub ratione mali, facile est assignare tale peccatum; subdit deinde Doctor in loco à nostro Auctore citato lit. B. in calce questionis: si tamen non ponatur voluntas creata velle malum sub ratione mali, adhuc potest assignari peccatum ex certa malitia, quando voluntas ex libertate sua abique passione in appetitu sensitivo, & errore in ratione peccat; ibi enim est plenissima ratio peccati, quia nihil aliud est à voluntate allicientem eam ad malum, sed ex pura libertate sine alia occasione extrinseca eligit sibi malum velle, non tamen ex malitia, in quod voluntas sic peccans tendit in malum, in quantum malum sit; Doctor ibidem in ergo in hoc loco Scotus modum assignat statuentem peccatum ex certa malitia iuxta sententiam negantem malum appeti posse sub ratione mali, & conclusivè voluntatem prædicando sibi finem ex sua libertate tendere in malum, non tamen in quantum malum; quomodo ex hoc loco deducit Auctor nostri Doctorem docere voluntatem potest fieri in malum sub præcisa ratione mali, cum totum oppositum expressè doceat; vide quæ circa hunc locum dixi dist. 7. de anima q. 5. n. 101. respondente dist. malata, & interim ne te illi credas ased frequenter Scotum citanti.

Quantum autem attinet ad responsum in se, evidenter relictur ex doctrina, quam ibidem tradidi n. 99. de modo operandi voluntatis, quem talem esse dixi, ut actu amoris, veluti per modum ponderis voluntas tendat in obiectum, & ab obiecto trahatur, & alliciat ad amorem media cognitione, si quod fieri nequit nisi media bonitate ipsius obiecti trahente, & alliciente, vel obiecto intrinseca, & innata, vel factum ab extrinseco præfixa ex ipsa voluntatis libertate iuxta Scoti doctrinam modo citatam; atque idè præcisa bonitate ab obiecto neque voluntas in illud tendere per actum amoris, quantoque in talis tendentia sit per modum ponderis in obiectum iuxta dictum Aug. Amor meus pondus meum, eo feror quomodo feror, quam rationem directè præstatam responsum evententem hic repetere super vacuam est, cum in legi possit.

Ad rationem in oppositum, quod scilicet nequeat assignari peccatum ex malitia, nisi voluntas tendat in malum sub ratione mali, negatur hoc assumptum cum egi probatione, ad quam iam dixi dist. 7. Phys. cit. n. 171. posse adhuc assignari peccatum ex malitia iuxta modum a Scoto nunc relatum 2. dist. 43. quæst. 2. si voluntas nimirum eligat malum præfigendo illud sibi tantum bonum verum, & itant possit habere rationem finis non tantum rationem verum, vel apparet, sed etiam præfixum, ut ibi declaratum est, vel dicendum ad peccatum ex malitia sufficere, quod quis sciens, nec ulla passione sollicitus velit obiectum, quod novit esse malum, & contra rationem, sub ratione boni utrius, vel delectabilis, quo casu non errat intellectus, quia ratio delectabilis, vel utilis verè reperitur in obiecto iuxta doctrinam superius datam n. 24.

